



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Adolescens Academicvs Svb Institvtione Salomonis

Musart, Charles

Dvaci, 1633

Oratio Salomonis, Pro Sapientia à Deo impetranda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49007](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49007)



ORATIO SALOMONIS,

Pro Sapientia à Deo impetranda.

Ex capite 9. Sapient.

DEVS Patrum meorum,
& Domine misericordiae,
qui fecisti omnia verbo
tuo, & sapientiã tuã constituisti
hominem, vt dominaretur creatu-
ra, que à te facta est; da mihi se-
dium tuarum assistricem sapien-
tiam, & noli me reprobare à pue-
ris tuis, quoniam servus tuus sum
ego, & filius ancilla tue, homo in-
firmus, & exigui temporis, & mi-
nor ad intellectum iudicij & le-
gum: nam & si quis erit consumma-
tus

tus inter filios hominum, si ab illo
abfuerit sapientia tua, in nihilum
computabitur. Tecum sapientia
tua, quæ nouit opera tua, quæ & ad-
fuit tunc, cùm orbem terrarum fa-
ceres, & sciebat quid esset placitum
oculis tuis, & quid directum in præ-
ceptis tuis. Mitte illam de cælis
sanctis tuis, & à sede magnitudinis
tuæ, ut mecum sit & mecum labo-
ret, ut sciam quid acceptum sit a-
pud te. Scit enim illa omnia, & in-
telligit, & deducet me in operibus
meis sobriè, & custodiet me in sua
potentia; quis enim hominum pote-
rit scire consilium Dei? aut quis po-
terit cogitare quid velit Deus? cogi-
tationes enim mortalium timidæ, &
incertæ prouidentię nostrę. Corpus
enim, quod corrumpitur, aggrauat
animam, & terrena habitatio de-
primit

primit sensum multa cogitantem,
& difficile estimamus que in terra
sunt, & que in prospectu sunt inue-
nimus cum labore: que autem in ce-
lis sunt quis inuestigabit, sensum
autem tuum quis sciet? nisi tu dede-
ris sapientiam, & miseris Spiritum
sanctum tuum de Altissimis, & sic
correctæ sint semitæ eorum, qui
sunt in terris, & que tibi placent
didicerint homines: nam per sapien-
tiam sancti sunt quicumque placue-
runt tibi Domine à principio.